

TYPOGRAPHVS

LECTORI S.

Quum operis hujusce editionem, Candide Lector, amico cuidam meo, rerum Chymicarum amatori, emittendam communi-
 assem: Is per lecto nostro tractaculo & collauda-
 o, sequentes regulas seu canones, ejusdem argu-
 menti, ei adjungendas concessit: quos quidem è
 veteri Manuscripto, (ut inquebat) transcripsit
 & publicari voluit, ut quibus superiora minùs ar-
 iderent, (non enim est omnibus placendi modus,)
 idem hìc haberent quod meditationem alacrem,
 non sine fructu, & detineret & si fortè à recta via
 aberraret, in eandem, qua par est, fidelitate, redu-
 ceret. Hos, quantum vis breves, si boni consulueris,
 tandem ad majora communicanda posthac, inci-
 bis atque allicies. Vale, & in his feliciter utere
 & que fruere.